Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36523
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



pvenit voluntate ⁊ potestate. ut ingens manus inmanium hostium diuisis te-
lis armata. bellis exercitata. wandalorum scilicet ⁊ alanorum ꝯmixtam. secum ha-
bens fortissimam gentem gothorum. ⁊ hyspanorum nauibus in ptes affrice deuenis-
set. p uniuersa loca mauritaniarum influxisset. ad pvincias ⁊ regiones kartha-
gini pximas irruisset. Omnimoda autem seuiens attrocitate ⁊ crudelitate.
cuncta que potuit depopulata est: spoliatione. rapinis ⁊ cede. diuisis tormentis.
incendiis ⁊ innumeris nefandisque malis. Nulli sexui. nulli pepcit etati. nec ip-
sis dei sacerdotibus uel ministris. nec ipis ecclesiarum ornamentis uel edificiis.
Hanc ferocissimam hostium grassationem atque uastationem ille homo dei ⁊
factam fuisse ⁊ fieri sentiebat ⁊ non ut ceteri hominum. sed altius ⁊ pfundius. in hiis
precipue. animarum uel pericula. uel mortes preuidebat. Scriptum est enim. Qui
apponit scientiam apponit dolorem. ⁊ cor intelligens tynea ossibus. Juxta psalmi-
stam quoque fuerunt ei lacrime panes die ac nocte. Propter hec omnia lugubrem
⁊ amarissimam preceteris iam pene extremam senectutis ducebat ac tolerabat
uitam. Videbat enim ciuitates excidio pditas. pariter cum edificiis uillarum.
habitatores. alios hostili gladio extinctos. alios effugatos atque dispersos. ec-
clesias destructas sacerdotes dei ac ministros. uirgine sacras ⁊ quoscumque con-
tinentes ubique dissipatos. Vocebat in hiis alios tormentis
defecisse. alios gladio interemptos fuisse. alios incaptiuitate. pdita integri-
tate ac fide. duris hostibus deseruire. Super hec lamentabatur ymnos dei ac laudes
ecclesiis deperisse. templa dei quamplurimis locis ignibus concremata esse. sollep-
nia que pprie debentur omnipotenti deo iam non fieri. sacrificia ac diuina sa-
cramenta. uel non queri. uel querentibus qui traderet non facile repperiri.
Gemebat in ipis multos montium siluis se occultantes. in cauernis petra-
rum ⁊ speluncis latentes. alios expugnatos fuisse ⁊ interceptos. alios ita su-
stentaculis priuatos: ut fame contabescerent. Ipos quoque ecclesiarum ppositos
⁊ clericos. rebus omnibus expoliatos atque nudatos. plangebat egentissimos
mendicare. nec eis omnibus ad omnia quibus fulciendi erant subuenire posse.
Vix autem tres supstites ex innumerabilibus ecclie remanserunt: hoc est kar-
thaginensis. yponiensis. certensis. que dei beneficio excise non sunt. ⁊ earum
pmanent ciuitates diuino humanoque fulte presidio. licet post eius obitum
urbs yponiensis ab incolis destituta. ab hostibus fuerit ꝯcremata.
Inter hec mala tam nefanda cuiusdam sapientis se ꝯsolabatur sententia
dicentis. Non erit magnus magnum putans. qd cadunt lapides ⁊ ligna.
⁊ moriuntur mortales. Hec ergo omnia ille ut erat alte sapiens cottidie
ubertim deflebat. Accreuitque meroribus atque lamentationibus eius. ut etiam ad